

Der bei Zeerleder noch erwähnte Siegelrest ist seither ganz abgefallen; dies bemerkt übrigens auch schon Stumpf, Act. ined. S. 479.

‘C. ‡ In nomine¹ sancte et individue trinitatis Fridericus dei gratia Romanorum rex augustus. ‡’

Si his qui sub obtentu sacrę religionis iugiter divinis² mancipati officiis aures serenitatis nostrę benegno favore accommodamus, devotiores eos in orationis constantia pro nobis credimus permanere et aput remuneratorem omnium bonorum nos recepturos non ambigimus premia sempiterna. Notum igitur fore volumus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam illustris vir Lutolfus nomine de castello Romelinga cum fratre³ suo Renfrido et filiis eius consentientibus quorum hec nomina sunt: Vdelricus, Lutprandus, Nokerus, Burchardus, Rodulfus donavit per manum Bertolfi ducis filii Rodulfi patre ipso iubente in hoc placito⁴ advocati ecclesiam de Rukeresperch cum tali recto, quod undecumque ipsis in ea parte videbatur, et insuper allodium eorum quod eidem ecclesię sub prefato duce Rodulfo contradiderat in fidem. Constructam autem ecclesiam ipsam et allodium suum in regno meo in Lausannensi episcopatu in pago nomine Ufcowe in comitatu Bargensi donavit cum laudamento fratris sui Reinfridi et filiorum eius supranominatorum deo et sanctis eius apostolis Petro et Paulo et domino Hugoni abbati tunc presenti et successoribus eius ad locum Cluniacensem pro salute animę suę et uxoris eius Guatę, pro salute fratris sui Renfridi et filiorum eius, pro remedio defunctorum parentum amborum et pro consolatione in posteritate sua futurorum, ob memoriam quoque regum et imperatorum principum et etiam omnium predictę cellę statum et honorem diligentium et defendentium atque omnium prorsus Christi fidelium ut in ordine monastico perpetualiter inibi serviant domino. Ipsi vero ibidem famulantes deo monachi⁵ sub regula Cluniacensi liberam habeant de sua propria causa potestatem suis necessitatibus et omnimodo providere uti ac vivere tantum, ut censum reddant ad Cluniacum per singulos annos aureum denarium⁶ in natali apostolorum P(etri) et P(auli). Igitur ‘ego’ Fridericus dei gratia Romanorum ‘rex’ sancto spiritu instructus propter spiritualis patris Petri abbatis Cluniacensis reverentiam concedimus et donamus quicquid a predecessoribus nostris imperatoribus Heinrico scilicet III^o imperatore et filio eius quarto impera-

1) ‘nmine’ A. 2) Corr. aus ‘divinitus’, das Kürzungszeichen für ‘us’ durchgestrichen. 3) Fehlt das Kürzungszeichen. 4) Corr. aus ‘paacito’. 5) ‘monach’ A. 6) ‘dedenarium’ A, das erste ‘de’ durch Punkte getilgt.